

AGGREGATOR

IACOBI DONDI PATAVINI

EXC. PHILOSOPHI ET MEDICI

Liber in quo sunt medicamentorum simplicium & compositorum
facultates ex variis scriptoribus aggregatae.

Opus pene aureum ac medicis omnibus
quamutilissimum.

NUNC DENVO IMPRESSVM, AC PLVRIMIS
IN LOCIS EMENDATVM.



VENETIIS APVD IVNTAS

M D XLIII

MEDICINAE STUDIO SIS. S.



Am ex hoc libro vtilitatem capietis Lectores, qua fortasse maior nullam ex vlllo alio recentiori adhuc percepistis. Adeo enim artificiose methodiceq; tota hinc inde collectam medicinam, hoc in libro comprehendit Iacobus Dondus Parauinus, vt nihil amplius ad morborum curatione desideraremus, si quemadmodum aggregationes istas suas ex Arabibus Latinisque authoribus, ita quoq; ex Graecis excerpisset. Hic liber cum iam pene ab impressorum memoria excidisset, ac quasi mortuus temporis diuturnitate iacuisset, in lucem nunc denovo exit. Exit autem multo emendatior. Plurimae siquidem & dictiones, & sententiae, & auctoritates, quae in priori illa antiqua impressione deprauate legebantur, hodie in hac nostra noua, consultis semper manuscriptis codicibus, & iis etiam scriptoribus, quos ipse author subinde citabat, collatis, restitutae sunt. Quaequam & multa quoque a nobis, quae aliter scribenda essent, praetermissa sunt, vt Sparagus, Ematites, Es, Grysolachana, Filonium, Kamapitys, Yera, Ameos, pro Asparagus, Haematites, Aes, Chrysolachana, Philonium, Champitys, Hiera, Ami, & pleraque eiusmodi alia. Idq; consulto egimus: tum quia apud plerosq; scriptores ab authore citatos, videbamus ita legi: tum multo magis, ne literarum ordinem ab ipso excogitatum mutaremus: Alioqui totum librum inuertere aliamq; formam sibi dare oportuisset. Valete.

AVTHORVM IN HOC LIBRO CITATORVM, CATALOGVS.

Auicenna.	Galenus.	Plato.
Albucasis.	Haliabas.	Plinius.
Antonius musa.	Isaac.	Præparator.
Apuleius.	Ignotus.	Rasis.
Almansor.	Mesue.	Nicolaus.
Albertus.	Simon Ianuensis.	Sextus.
Colliget.	Kiranides.	Serapio
Circainstans.	Lapidarius.	Theffalus.
Dioscorides	Macer.	Viaticus.